

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De tertio gradu spiritualis profectus, eoru[n]dem in abnegationem propriæ
voluntatis. Cap. XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

Doct.

tatio S. Dorothei. Patres, inquit, sancti, & maiores nostri, sibi ipsis mundum crucifigentes, per dura certamina se se quoque mundo crucifixerunt. Nos vero vi demur nobis ipsis mundum crucifixisse, quia reliquimus eum, & ad monasteria diuertimus: at nolumus nos mundo crucifigere, adhuc enim in animo nostro, vi genti blanditia illius, adhuc in nobis ipsius affectum abscondimus. Compatimur illius gloria, compatimur de liciis & voluptatibus, compatimur ornamenti & vestibus, ob viles & inanem res, delabimur plerumq; ad pristinas eius passiones. Quod sane, non nisi ex amentia prouenit, ut qui pretiosas & magnas res reliquimus, ob minimas plurimum perturbemur. Atque id à nobis pessimè. Ut enim mundo, & eius rebus, abrenuntiamus: ita & pristinis eius passionibus abrenuntiare debemus, &c. Inter passiones autem mundi, de quibus hic loquitur S. Dorotheus, non postremum locum occupant, commoditates inordinatae, in vice, vestitu, otio, habitatione; fugienda ergo sunt ab iis, qui studient abnegationi amoris sensualis.

196.

1.6. reu.
cap. 66.

Qui autem plenioram amoris sensualis ab negationem expetit, ita corporis sensibus, ac membris vtratur, quemadmodum Christus docuit S. Brigittam. Animam, inquit, defonsu fidei & dilectionis & perseverantiae virtutum, hinc autem anima adificauit domum, quando ei dedi corpus mortale, in quo probaretur, & in virtutibus exerceretur. Inter quinque autem seruos anima, scilicet sensus; tertius sensus est, gustus comedendi, & bibendi: hic est quasi bonus medius, qui cibaria ordinat ad necessitatem, non ad superfluitatem & delectationem. Nam alimenta sumenda sunt, quasi medicamenta. Id est duo consideranda in gusto, scilicet, quod cibus, nec multus sumatur, nec modicus, si enim multus sumitur, generat infirmitatem: si vero minus debito sumitur, facit tedium in servitio Dei. Et alibi B. Virgo Maria haec eam docuit: In corpore tria esse debent: resedatio, labor, & voluntatis, ac consensus carnalis cohibiti. Primo satietas somni, vigiliarum, & refectionis cum temperamento, ut nec minus, nec plus sit, sed sic, ut corpus sufficiatflare in servitio Dei. Secundo, continuatio in labore cum omnii discretione. Tertiū, voluntas hilaris in servitio Dei, & cohibitus praece voluntatis, ex qua anima illuminatur. Talis autem abnegatio amoris sensualis in nobis non erit, nisi nos tractemus ipsis & tractari velimus ab aliis tamquam peregrini, non tamquam ciues & incole huius mundi. Peregrini enim, dum sunt in itinere, multa patiuntur amoris sensualis disiplentia. Sandi viri est, inquit S. Basilius, hanc vitam more hospitiis transfigere ac ad alteram properare: id est & David de ipsis loquitur: Incola ego sum & peregrinus, sicut omnes Patres mei. Incola item fuit Abraham, qui ne terra quidem propriis possedit vestigium, sed ubi opus ei sepulchro fuit, id argento mercatus est. Beatus plane, qui iis, quae in terra sunt, non ut propriis se addixit, neque iste seculo, tamquam naturali sue patria, acquevit, quin potius granatur, qui incolatum hunc casum nouit esse a rebus posterioribus, & quasi proscriptio: domicilium

In feu. ex
tranag.
cap. 85.

Scilicet omnium malorum peius est, ut ait S. Pachomius, legi Dei velle insister, & acquiescere propria voluntatis: ita magni est apud Deum meritum propria voluntatis abnegatio, seu resignatio: per quam, ut ait S. Teresa, Deum liberi arbitris quod dedit nobis, Dominum constitutus, & dum eius causa voluntatem, & rationem nostram alteri subiicitus, nos ilius dominos facit, ut nos ipsos, quam perfectissime in Dei obsequio impendere possumus, voluntatem nostram puram, & sinceram, illi dando, qui eam sue coniungat, petendo, ut amoris eius ignis, de celo descendat, & hocce sacrificium nostrum succendat, auferendo ab eo, quidquid oculis eius displicere potest: cum quo minus id fiat, nos iam in causa non simus, etenim tam ipsum (eo non sine maximis laboribus) altari imposuimus. Quod quidem sacrificium, maxima quam habemus rei, non tantum acceptum est Deo, sed vlique adeo necessarium in statu religioso viuentibus, ut Deus reuelauerit B. M. Magdalena de Paz, inter quinque res à Deo petendas, ad cuius suis Ordinis conservationem necessarias, quintam est: ut Religio perfecte agnoscat, quanti momenti sit, abnegatio propria voluntatis. Ideo ne ea perfecta sit in homine, diabolus omni conatu procurat, & quemadmodum scripsit S. An-

vitam hanc incolit, perinde atque illi, qui ob quadam delicta coguntur Iudicium calculis solum vertere, relegati in exilium: Rarus inuentus est talis, qui presentibus non ut propriis vaceat. Quis ergo incole tabernaculum suum: Tabernaculum Dei, hominis caro dicitur, ad anima habitationem à Deo data. Quis carni huic ut aliena attenderit? Quemadmodum incole alienam terram mercede conductam, ad voluntatem eius qui elocavit agrum, colunt; ita & nobis carnis cura iuxta condicium ac prescriptum traditur, ut eam denum, decenter & officiosè excultam, suo reddamus elocatori frugiferam. Si vero Deo digna fuerit caro, reuera Dei tabernaculum efficitur, iuxta eam mansionem, qua inhabitat sanctos. Sicut autem terra ut frugifera sit, debet ab agricultor, quemadmodum ait Abbas Moyse apud Cassianum, infatigabiliter scindi, eiusq; indomitè gleba, frequenti vomere debet subiigi, ut eam cunctis sentibus expurgatam, vniuersaliterq; granularius absolutam, in modum solubilis arena comminuat; Ita abnegationis vomere nostra debet caro versari, ut omnes sensualitatis vitiæ sententes, & superflua grama euellantur, & dignum anima tabernaculum ac domicilium, Deo acceptum, reddatur, qui ut dicitur Iob 28, 13. Non inuenitur in terra sauerter viuentium.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

De tertio gradu spiritualis profectus posito in abnegatione proprie voluntatis.

Tertius gradus est, abnegatio voluntatis proprie.

Scilicet omnium malorum peius est, ut ait S. Pachomius, legi Dei velle insister, & acquiescere propria voluntatis: ita magni est apud Deum meritum propria voluntatis abnegatio, seu resignatio: per quam, ut ait S. Teresa, Deum liberi arbitris quod dedit nobis, Dominum constitutus, & dum eius causa voluntatem, & rationem nostram alteri subiicitus, nos ilius dominos facit, ut nos ipsos, quam perfectissime in Dei obsequio impendere possumus, voluntatem nostram puram, & sinceram, illi dando, qui eam sue coniungat, petendo, ut amoris eius ignis, de celo descendat, & hocce sacrificium nostrum succendat, auferendo ab eo, quidquid oculis eius displicere potest: cum quo minus id fiat, nos iam in causa non simus, etenim tam ipsum (eo non sine maximis laboribus) altari imposuimus. Quod quidem sacrificium, maxima quam habemus rei, non tantum acceptum est Deo, sed vlique adeo necessarium in statu religioso viuentibus, ut Deus reuelauerit B. M. Magdalena de Paz, inter quinque res à Deo petendas, ad cuius suis Ordinis conservationem necessarias, quintam est: ut Religio perfecte agnoscat, quanti momenti sit, abnegatio propria voluntatis. Ideo ne ea perfecta sit in homine, diabolus omni conatu procurat, & quemadmodum scripsit S. An-

X. DE INDICIIS PRO FECTVS IN SPIRITU.

81

Ep.2. ad
Artem.

3. pat. vit.
5. dic.

193. 16. t.cu.
cap.12.0.

199. 1. t.rei.
cap.15.

1.2. t.16.
ser.46. in
Cant.

200.

S. Antonius Abbas: Maligni spiritus, cognoscunt se inter filios diaboli esse reputatos propterea, quod con-natur vnicuique nostrum, propriam ingere voluntatem. Experta est hoc in se etiam eadem B.M. Magdalena de Pazzis. Nam dum permittente Deo, per quinque annos tentationibus grauissimis premeret, inter alia, quae ei daemones damna inferre conabantur, fuit, extinctione perfectae resignationis, & propriæ voluntatis introductio: quemadmodum ipsa, in quadam raptu testata est. Hæc abnegatio propriæ voluntatis, maximè elutet in exercitiis obedientiæ, cuius pars est, propriam voluntatem, penitus alienæ subdere, in rebus omnibus, solo peccato exce-pro. Ideo Christus Dominus, commendans S. Brigittæ obedientiam voluntatis, ait, Charitas est quasi arbor, de qua omnes virtutes procedunt: inter quas primatum tenet obedientia, pro quâ ego ipse Deus, subire crucem, & mortem non dubitavi. Ideo obedientia est mihi placita, sicut fructus suauissimus: & homo ille, est mihi amicissimus, qui se ex humilitate aliis subiicit, & velle suum totum ponit ad manus aliorum, &c. Abraham ex voluntate sua, factus est dilectior, quia voluntatis propria non obediuit. Et capite sequenti Christus Dominus sic loquitur: Obedientia est virtus, quâ imperfecta persicuntur, & omnes negligenter extinguntur. Nam ego Deus pro omnibus perfectissimus, & ipsa perfectio, obediens Patri usque ad crucem, ut ostendere exemplum meo, quâm placitum est Deo, abnegare proprium vellet. Et alibi ait, Via qua ducit ad amorem meum, est perfecta abiectio, & abne-gatio propriæ voluntatis: quando homo considerat à Passione & Charitate meâ, non curat facere voluntatem suam, & ressistit totis viribus, & conatur semper ad maiora. Et infra, improbans propriæ voluntatis seruos: Hi, inquit, ad tempus stant, in seruicio meo, nec relinquendo voluntati propriam, sed suam faciendo, cum meâ voluntate, periculose positi sunt, quia duobus dominis seruire volunt, liet neutri bene seruire possint. Et cum eidem tria præcepisset facienda, tria mandasset non facienda, tria consulisset, tandem hæc sua decreta colligens in unum subdit: Et præcipio, & mando, & confulo, & permitto, obedere, ut teneris. Hoc præcipio, quia Deus tuus sum; hoc mando, quia Dominus tuus sum: hoc permitto tibi, quia sponsus tuus sum; hoc confuso, quia amicus tuus sum. Merito: quia ut ait S. Bernardus. Non dormiet tecum sponsus in lecto uno, illo præsentim, quem tibi pro obedientia floribus, cicutis atque vrticis inobedientia asperfisti, propter quod non exaudiens orationes tuas, vocatus non veniet. Nec enim dabit inobedienti copiam sui, tantus obedientia amat, ut mori quam non obedere maluerit.

Signum autem certum profectus, in abne-gatione propriæ voluntatis, erit in eo, qui ex se nihil appetit (quoad occupationes, loca, gradus, personas,) & nihil refugit: sed habet plenam resignationem & indiferentiam ad omnia: paratus, nihil fugere, nisi manifestum peccatum, omnia verò acceptare, quæcumque ei à

Deo, per Superiores Dei interpretes statuantur: prælettim si sint nostræ voluntati seu inclina-tioni contraria. In talibus enim occasionibus obedire, gratissimum Deo est. Hinc S. Hierony- Ep.16.ad mus commendans obedientiam S. Marcellæ: Princi-Matri, inquit, in tantum erat obediens, ut faceret, quæ piam nolebat.

Hoc est, iugiter Christi crucem portare, uti vult Christus. Quod explicans Abbas Pinufius Matthi. apud Cassianum, ait, Sed foris dicas: Quomodo possum portare, vel quemadmo-dum viuens quis, posse esse crucifixus? Audi rationem breuiter. Crux nostra timor Domini est: sicut ergo crucifixus, jam non pro animi sui motu, membra sua, quo-quam mouendi, vel convertendi habet potestatem: ita & nos voluntates nostras, ac desideria, non secundum id, quod nobis suave est, ac delectat ad prefens, sed secun-dum legem Domini, quâ nos illa constringerit, applica-re debemus.

Habuit sic abnegatam voluntatem, Salama-nus, vir sanctus, laudatus à Theodoreto, qui hist. rel. manens in suâ domuncula, sine ullo humano cap.19. consortio, suscepit sacerdotium, dum Episcopus illius loci, perfolsâ aliquâ parte domuncula, es-set ingressus, & manu ei impoluisset, non restitit, nec quidquam Episcopo locutus est; deinde, ciues vici ex quo erat, proficentes ad aliu locum, cum noctu flumen traiecerint, & domum perfodissent, eum accipientes, nec resistenter, nec subten-tu, in suum vicum exportarunt, & in domuncula in-cluserunt: ille similiter quietem agebat cum nullo lo-quens. Paucis autem post diebus, qui erant illius vici, qui est ex diverso, cum noctu rursus agressi essent, & domum perfodissent, ad se abduxerunt neque contradic-tent, nec vt maneret urgentem, neque rursus prom-p-to & alacri animo recederent. Ita seipsum omnino mundo mortua constituit. Hoc modo, quoad loca, & officia, & personas, abneganda est nostra voluntas. S. Fulgentius Episcopus & Abbas, a tom. 1. pud Surium: Illo vero Monachos esse dicebat, qui morificatus voluntatibus suis, parati essent, nihil velles vel nolles, sed Abbatu tantummodo consilia, vel præ-cepta ferire. Ideo S. Seuerus Sulpius commemo-rans monachos quos prope Nilum inuisit, ait: Hac illorum prima virtus est, parere alieno imperio. De aliis quoque monachis, alio in loco agens: l.1. dia. 1. precipua, inquit, & prima ibi virtus, obedientia. Ne cap.11. que enim ibi alter quis adueniens, à monasterij Abbate suscipitur, quām qui tentatus fuerit & probatus, nul-lum vñquam recusatrum, licet arduum & difficile, indignum, Abbatis imperium. De talibus scribit Cassianus, eos ascendere etiam posse summa perfec-tio. 1.4. dñe nisi culmina, si doceantur primitus suas vincere volun-tates & si studiose exerceantur in his, semperq; eis im-perent de industria, que sentiuntur, eorum animo esse contraria. Et nullatenus, posse eum iram, aut tristi-tiam, vel spiritum fornificationis extinguere, nec re-tinere veram cordis humilitatem, & cum fratribus perpetuam concordiam, & diutius in canobio perma-nere, qui prius voluntates suæ, non didicerit superare.

Y y 4 Sic

Coll. 9.
 cap. 8.
 Sic Abbas Iohannes apud eundem: finem ait *Cenobita esse, omnes suas crucifigere, & mortificare voluntates. Per hanc mortificationem voluntatum, ut ait*
 1.4.6. vlt. *Cassianus, extirpantur, atque marcescant universa vita. Et è contra fine hac mortificatione, crescunt, feruent, & saepe perducunt honinem ad interitum. Quà de re, sic S Bernardus: An. ex Collegio discipulorum reprobari qui poterit, nisi loculos habens: sunt enim loculi, non modo pecuniae, sed & propria voluntat. His similia multò ante docuit S. Climacus, loquens de Religiosis. Nemo, inquit, in celestem thalamum coronatus ingreditur, nisi qui primam, & secundam, & tertiam negationem impleverit: vi scilicet, & primò, renuntiavit rebus omnibus humanis, & parentibus; secundo, voluntati propriæ; tertio, inani gloria, que solet obedientiam subsequi. Hoc confirmat Christi dictum. A diebus Iohanni Baptista, usque nunc, regnum colorum vim patitur, & violenti rapient illud. Qui, inquit Abbas Abraham apud Cassianum, hi violenti sunt? Nempe illi, qui non aliis, sed voluntatibus suis, preclararam inferunt violentiam, qui direptione laudabili, omni se præsentium rerum voluptate fraudant, & voce Dominica, egregij directores prouiniantur, & per eiusmodi raptam, regnum colorum violenter inuidant. Ipsi sunt prosectori laudabiles violenti, qui vim faciunt perditioni sua. Perditio nostra est, oblectatio vite præsentis, & vi expressius dicam, executio voluntatum, desideriorumq; nostrorum. Quæ frangendo, non tantum magnos metitorum cumulos congregabimus, sed summam animi pacem tranquillitatemque, & passionum nostrarum dominium asequemur, à perturbationibus animi liberum. Nam vt ait S. Dorotheus: Si liberari perfectè volumus, & ab hoc faculo, (non tam corpore quam mente) discedere, oderimus in primis voluntatem nostram, & sic breui, diuino praesidio, ad impaßibilitatem animi peruenimus. Non quidem illam Stoicorum: omnia eis, quam omnino impossibilem, initio doctrina primæ dixerat, sed animi pacem, & quietem, ab inordinatis perturbationibus, & affectionibus impertinentibus liberi, seu, vt eam appellat S. Tertia, libertatem spiritus, quam habent perfecti, & qua per obedientiam promptam acquiritur; & in qua, omnis, que in hac vita desiderari potest, consistit felicitas, ac bonum. Dum enim omnino nihil desiderat, possidet omnia. Tales qui sunt, nihil omnino terra huius, aut timent, aut desiderant: non illos turbant, aut percellunt labores, non mouent gaudia, denique nihil omnino est, quod pacem mentis ipsis eripere, aut eos inquietare posse. Fint enim similes Deo. Omnes homines, inquit S. Diadochus, sumus ad imaginem Dei: illud autem, AD SIMILITUDINEM, illorum tamè est, qui per multam charitatem, libertatem suam Deo in servitatem addixerunt. Quando enim non sumus nostri, tunc similes sumus ei, qui nos sibi per charitatem reconciliavit.*

Et ita meritò S. Catharina Senensis, scribit, dictum à Domino, cuidam seruæ sue. Si peteres à me, qui sunt isti tibi responderem; ipsi sunt alter ego,

quia sponte perdidissent, & abnegarunt eorum propriam voluntatem, facti mea voluntati conformes, & ruiti, & in omnibus eadē induiti. Et cap. 4. in fine, sic Deus ait: Dico tibi & patri anima tua, quem dedit tibi super terram, ut viriliter tolerabis ea, que conceduntur vobis; omni voluntate propriâ sensuā perempta. Hac enim ratione omnes virtutes acquiruntur. Vnde Cassianus narrans, quibus viis Abbas Paphnutius Presbyter, ad vitæ sanctimoniam perueniret, ait, Humilitatis, & obedientie disciplina, omnes suas mortificans voluntates, per hanc, extinxit omnia virtus, cunctasq; virtutes consummatum. Monasteriorum instituta, vel antiquissimorum Patrum doctrina fundauit. E contra vero, inter argumenta prophetae fidei in baptismo, & contempti Dei, Christus Dominus ponit, Diligere propriam voluntatem. Nam vt ait S. Pachomius in suis monitis: Qui suam perficit voluntatem, à diuinâ cognitione fraudabitur, nec poterit perficiendo propriam voluntatem, per viam sanctorum incedere; & in nouissimo interitum, & planctum inueniet.

Quomodo autem ad abnegationem propriæ voluntatis peruenire possimus, practice, ita docet eodem loco S. Dorotheus: Nihil adeo adiuuat hominem ad hoc, quam sensus suos odisse. Atque ita se habeat hec ratio, ad omnem virtutem, vi si viator, iter ingressus, scipione inuenio, cui innitatur, iter magis acceleret, & preoccupet viam: sic enim qui viam hanc incedit, si propriam voluntatem absindat, abscedit, & pristinas affectiones, quibus præcisisti Dei opere, omnino impaßibilitatem (scilicet liber à perturbationibus) neque quisquam puer hoc arduum, atque difficile, cum brevi compendio ac spatio, quis seipsum posuit, si velit, decies abnegare. (Vnde appetat, per impaßibilitatem, eum intelligere, abnegationem propriæ voluntatis, coniunctam cum tranquillitate animi, à perturbationibus liberati.) Quod quo pacto fiat edocebo. Pergit Dorotheus: Obambulat aliquis, & quispiam conspicatus, persuaderetur à cognitione, vt id aduocaret, at is, cogitationi, & non bona persuasiōne repugnat, se sèq; auertit. Rursum, inuenit quis, nugia, & variis rumoribus occupatos, persuadet, vt se quoque turbe immiscat, & verba pariter inverat, id negat se facturum, & aversus alio, propriam voluntatem absindat. Item succurrat illi, vt cocum audeat, interrogatq; quid paret obsonij; non adit, ac se cohobet. Cernit aliquid in culmine, quis illud attulerit, solicitor interroga, comprimit appetitum, & vocem, & nihil percunctatur. Sicq; dum parua queaque præscindit, sensim quacumque aduenientia præscindere assicit, & iam summam cum requie, nihil præter voluntatem suam sentit habere, & quidquid factum fuerit, eo ita contentus est, ac si ad vota sua evenisset. Qui enim proprium nihil habet aut vult, quidquid factum fuerit id proprium putat. Cum nullam affectionem (scilicet non necessariam, impertinentem, habeat, omnino, tandem) vt dixi, ad impaßibilitatem animi perducatur. Adverte igitur, quantum pusillum hoc, proficer nos faciat & propriam absindere voluntatem, quantum conferat.

Deinde

Deinde addit mira præmia voluntatis propria abnegare. Ad cuius rei confirmationem, valet illud, quod legimus in Vitis Patrum apud l.p.b. 141. Russinum: *Quidam, inquit, ex Patribus, in extasi positus, vidit quatuor ordines ante Deum. Et primus quidem erat hominum infirmantium, & gratias agentium Deo: secundus vero erat eorum, qui hospitalitatem sectantur, & in hoc stant & ministrant: tertius vero illorum, qui solitudinem sectantur: & non vident homines: quartus vero illorum, qui propter Deum & obedientiam, solliciti & subiecti sunt Patribus. Erat ergo illis tribus ordinibus, hicordo superior, qui obedientiam exhibebat: & vibrabat torque aurea, & maiorem gloriam praeter ceteris possidebat. Dixit autem senex ei, qui sibi hoc in extasi demonstrabat: Quare hic ordi quartus, maiorem ceteris gloriam habet? Ille autem respondit ei, dicens: *Quia isti alii omnes, habent aliquam rem quae, adimplendo (quamvis in bonis operibus) voluntates suas; obediens autem, propriam voluntatem relinquent, pender in patria voluntate iubentibus: & idem maiorem praeter ceteris gloriam est sortitus.* Stundendum ergo est, abnegationi propria voluntatis. Ideo noster P. Balthasar Aluarez, cum qui sub obedientia esset, non volebat cogitare, quid esset cras de se futurum, aut quid ipse futurus responso enim est in promptu faciam quod subebo; & erit, quod voluerit Deus. Et ita ait, hoc totum lucrum meum est, ut te Deum meum contentum habeam, tibi, satisfaciens et tu contentus: & pone me, etiam in tortura, iube vere: & inverte me: quia nihil ego aliud expecto, quam ut inbeas. Si opus est, tota vita mea cursitare, id meum est solarium: quod dicebat, quia tunc sentiebat difficultatem, & repugnantiam ad professionem, tum ob valetudinis defectum, tum quod vereretur aliquam sua recollectionis tacturam. In omnibus tamen se resignauit, & obedientia subiecit, contemnens suas repugnantias, magnamque gloriam iudicans, quod eas vinceret. Hinc etiam quies illa oriebatur, quia in loco & officio manebat, à Superioribus sui ministerio. Exrector Salmantinus missus Villagarciam, oppidum parvum, libenter esse profectus, ut se ibi incladeret; optans in illo loco vitam suam, si Deus ita placaret, finire. Dicebat enim Religiosos horrere debere, mutationes officiorum, occupationum aut locorum, in quibus à sanctâ obedientia collocauntur, memores verborum Angeli ad S. Joseph, cum mitteretur in Aegyptum: *Esto ibi usque dum dicam tibi.**

Matth. 2. Cuius rationem reddebat, quia nemo posset ad altius locum ascendere: quam ut ab ipso Deo in re aliqua constituantur, & non à ipso. Rectificet igitur is voluntatem suam, & ita sunt omnia feliciter expedita, ac dicetur de eo felices aures, quibus obedientia vox dulcescit. Numquam animum abiiciebat in rebus arduis ac difficilibus, in quibus obedientia illum collocabat, nisi aduceretur se talenis destitutus ad eas sustinendas. Dicebat enim ex quo Deus Religiosum posuit, ipse eundem deducet, etiam cum profectu: quod si illam oneret, quam ferre posuit, seipsum onerat, quia in se recipit supplerre quod illi deest. Et si insisterit aliquem loqui, nescientem loqui, seipsum obligat ad eum docendum. Id igitur ego vellem, ut ipse manu suâ iniungerer, quod meas facul-

tates excederet. Nam hoc ipso tenetur mihi dare. Quare, qui ab obedientia, in aliquo officio, aut ministerio constitueretur, ad quod praestandum, existimat sibi fortitudinem, eruditionem, prudentiam, autoritatem deesse. postquam hanc suam ineptitudinem Superioribus Psal. 63. 5. proposuerit, ne animo deficit, sed reuelet Domino viam Psal. 118. suam, & speret in eo, quia ipse faciet. Ad vnu veritas 97. tis ac certitudinis firmitatem, attendat prudentiam quam dedit Daudi super suis intimos, scientiam super omnes docentes eum, & intelligentiam, experientiam super senes & expertos; autoritatem quam dedit Ioseph, cum eum constitutus populo Israel, loco insigni ad eum illius Ducus Moys; cor in Sauli immutatum, vt & sentire, & loqui, cum Regia Majestate posset. Opinionem, quam dedit Pharaoni de Iosepho, & affirmationem doctrina eius, ut eum sibi, totiusque regni Magnatibus Magistrum, ac Doctorem preficerit: calestem lucem ac sapientiam, quam Daniels dedit, super omnes quos Nabuchodonosor, ex filiis Israel eligere voluit, ut in suo conspectu stare possent: & media qua adhibuit, ut ille eiusque socij, adeo sapientes evaderent, atque eorum assistentia requirebat. Et consequenter aiebat, securitatem in agenda cum proximis, cum ex obedientia id siebat, esse valde magnam. Adeo ut si quis obediendi causa, infames feminas accederet, ut illas Christo lucraretur, cum eis agens, mundissimas esset habiturus cogitationes, ac si esset Angelus: quod si ex propriâ voluntate in cubiculo suo maneret, sedis ibi cogitationibus adurendus foret. Necio inquit, quomodo qui potest, tutum reputare, quod à Dominum voluntate recedat. Quenam quoque securitas esse potest, ubi Deus non est? hoc enim est, quod S. Bernardus dicebat: quando bene erit sine illo, aut quando male cum illo? Expertus erat, quod quamvis illi interdum, occurreret contrarium eius, quod obedientia iniungebat, esse melius, parendo tamen, deprehendebat rectius suisse, quod obedientia prescriperat: ac propterea eam appellabat, Consilium, ac Dispositionem Dei: & idem illi subiit, cui aliquid eius videatur non esse ad rem, dicti posset, illud scripturæ diuinæ: *Iustus Rom. 1. ex fide viruit: & secretum quod ipse non assequitur, est 17. mysterium fidei.* Ex quo optimi pronuntiant exitus ei, 1. Tim. 3. qui cum fide & humilitate, opere illam exequetur, est 9. media illi disparate & contraria esse videantur. Ac propterea delectabatur valde, narratione cuiusdam P. Provincialis Provincia Castellæ, dicentis: quod quando ex verbis, ad aliquam obedientiam ordinationem mittetur, ut hoc, aut illud determinat sacerdet, videbatur sibi calum aperi. Et cot suum exultare: quando autem sibi dicebatur, ut quid agendum esset cogitaret, eligeretur, quod videbatur, tunc se in magnis angustiis suisse. Denique occultam quamdam Dei manam adseriebat, mouentem ac dirigentem eius negotia. & actionem per ipsam obedientiam: & hoc illum quietum valde, ac pacatum reddebat, quidquid sibi tandem ex ea eveniret. Ad quam rem habebat aliqua sensa, ac sententias admirandas. Deo Domino nostro dicebat: Nulla Domine alia via, adeo possum esse tuus, atque dum desino esse meus. Iuramento obstrinxit se ipse Dominus, quod faciet crescere eum, qui ipsi erit in obediendo fidelis. Nam de obedientia Abram dicunt: Non est 10.

est inuentus similis, qui seruare legem excelsi: id est in-
rejurando fecit illum Dominus crescere plebem suam.
Quid nobis nocet, si obedientia intuitu ea relinquam-
us, quae nos detectant; & aggrediamur, que nos cra-
cant & vexant? nisi quod meritum nostrum augbit?
Obedientia est crux perpetua, gladius propriarum ob-
lectationum, vena vita som aureus, non est autem exiguum bonum, aut malum censendum, quod recte attingamus ita, quod prescribit obedientia, que ab eo decli-
nemus. Est enim materia, que semper in manibus ver-
satur. Quemadmodum enim Moyses erat Pharaonis Deus, ita Superior est Deus obedientia dicentis, sonet
vox tua in auribus meis, vox enim obedientia dulcisissima mihi est, & iucundissima. Hæc P. Balthasar Al-
luarez.

Abneganda est ergo voluntas propria, &
Deo traducenda ac veluti immergenda in volan-
tate Vicariorum Dei, Superiorum nostrorum,
& sine ullo discrimine facienda sunt omnia
quaे imperant: & vitanda quaे verant. Hoc e-
nīm est proprium verorum Dei seruorum. Nam
ut ait Saluatoris: Nulli seruorum licet ex iis, que do-
minus suus imperat, eligere pro arbitrio, quid velit sa-
ceres, quid votis, & insolentissimā abfusione, quod pla-
nerit assumere, quod disficerit & repudiare. Maxime
cum & terrestres domini, nequaquam a quo animo to-
lerandum putent si iustiones suas serui, ex parte au-
diant, & ex parte contemnant, & pro libidine sua, qua
putauerint facienda, faciant, & que putauerint con-
culcanda, conculcent. Si enim pro arbitrio suo serui do-
minus obtemperant, ne in iis quidem, in quibus obtem-
perauerint, obsequuntur. Quando enim serui ex do-
mino iustitia faciunt, tammodū, que vult facere, iam
non dominicanam voluntatem implet, sed suam. Quo-
circa, si serui Dei esse & haberi volumus, nil
nostrā sed omnia Dei voluntate eligere, & ex ei-
qui simus parati, quod non contingat nisi no-
stram penitus abnegauerimus voluntatem. De-
cūius abnegatione adeò fuit sollicitus S. Anto-
nius Abbas, ut scriptum reliquerit ad suos Ar-
senioitas. Vero filiolis, anima mea phantasma patitur,
& spiritus meus in pauro conficit, quod vniuersi nos,
velut gurgite immersi sumus, & velut ebrii multo con-
ficiuntur, cum vnuquisque nostrum propriā distractur
voluntate.

202. Sanè N.S.P. Ignatius, abnegationem propriæ
voluntatis, tamquam fundamentum quoddam
vita spiritualis, magni faciebat, & exigebat à
suis Cùm P. Hieronymus Natalis, primâ vice
venienter in Hispaniam, tamquam Visitator So-
cietatis anno 1553, in aliquot locis nostri con-
querabantur, quod parum temporis, esset eis
præscriptum ad orationem, & quod nisi augen-
teretur tempus, se sustentare in spiritu nequirent,
& quod pudore afficerent, dum interrogan-
tibus, quantum temporis in die, oratione da-
rent, vnam tantum hotam esse assignatae re-
sponderent. Reversus ergo P. Natalis ex His-
pania anno 1554, proposuit P. Ignatio 22. Nouem-
bris, hanc nostrorum querelam, & in eam par-

tem propendebat, vt faltem pro Hispaniâ plus
temporis præsribetur. Decumbebat tunc in
lecto infirmus S. Pater, & modelissimè hoc fe-
rens, vultu ad admirationem indignabundo &
offenso, asperrim reprehendit Natalem, tunc
Vicarium Generalem Societatis à se factum,
præsente & audiente hæc, Patre Ludouico Gô-
saluo (à quo in Diario hoc ipsum scriptum est)
dixitque Natali, Homini verè mortificato, sufficere
vnam quadrantem orationis: & non probavit,
quod in Hispania, nostris scholasticis, in vnam
orationis horam, semihoram addidisset: & ab
hoc dictamine, se numquam recessurum dixit;
ed quod mortificatio & abnegatio propria voluntatis
(quam supponebat scholasticos in nouitiatu
acquisuisse) plus vno quadrante mortificato conser-
vet vtilitatem, quam immortificato dua hora orationis.
Posse tamen dicebat, concedi plus ad orandum
temporis, valde tribulato, & presso maiori ali-
quā extraordinariā necessitate. Die deinde se-
quenti cum P. Ludouico Gonsaluo disertens,
S. P. dixit: non esse maiorem in vita spirituali errorum,
quam velle gubernare alios, ad normam suipius: &
ex centum deditis longis orationibus ac penitentiis, vel
oclaustris novem, vel nonaginta esse illatos, & ad
magna inconuenientia delabi, presertim ad duritiam,
ac nimiam tenacitatem proprij iudicij. Et ita S. P. ro-
tum fundamentum ponebat in mortificatione, &
abnegatione propria voluntatis, & magis faciebat indif-
ferentiam, & probationes Societatis ac examina, &
testimonia de illis: ex quibus de aliis virtutibus, & non
ex oratione serebat sententiam, nisi forte ex illa, que
ex his nasciebatur; & illud orationis genus probabat
valde & laudabat, quod fit. Deum semper ante oculos
præseferendo. Hæc omnia P. Goncalius scripto
anno 1554. Debet esse ergo cordi abnegatio
propria voluntatis, & qualis quædam eius occi-
cio ac mors: quod non est difficile iis qui virtu-
tum perfectioni attendunt. Nam, vt dixit Deus in di-
S. Catharinæ Senensi: Virtutes intrinsecæ demon-
strant voluntatem esse mortuam, & perpetuè se occide-
re in sensibilitate, ex affectu amoris virtutis. Tantò
autem magis studendum est abnegationi pro-
priæ voluntatis, quæ ex amore proprio nascitur,
quia, vt B.M. Magdalena de Pazzis, in quodam
rapto exclamans dicebat: Ab amore proprio &
propriæ voluntate, impeditur flumen diuina gratia,
tamquam aggeribus quibusdam ne adeo se communi-
cat, & expandat, & redundet, in anima, vt Deus sa-
ceret, si hac impedimenta abessent. Et quemadmodum
arena exiguae in litora mari, eius fluctus refrenant, ne
vitra profundantur; sic amor propriæ & propria
voluntas obstat cursum, & fluminis diuinae gratiae, que alio-
qui sine illâ difficultate, totum genus humanum tra-
beret ad celum. Non est hoc modicum malum: sicut non
sunt necessarij montes, ad cohibendum mare ne efficiat
alterius, sed sufficit ei litoris arena; sic non sunt nec-
essarij montes peccatorum enormium, ad retinendii rap-
pidum cursum Oceani gratie diuinae, sed sufficit arena
schorum defectuum, qui nobis videntur parui, & non sunt

La dia

cap. 9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

¶ par. vii. Ne ergo se tantis bonis priuaret, hæc sanctissima virgo, ne quidem Spiritum sanctum desiderabat, desiderio, et si bono & pio, orto ex pro-

priâ voluntate. Ideò dicebat: *Nolo illum desiderare, ex me ipsâ, tamquam à me ipsâ: quia nolo habere vnum desiderium, & audebo dicere, in dico, quamvis illud desiderium ipse mibi daret, vt per illud mea voluntas fieret, & non illius, tamquam illius, & non tamquam mea; etiam si in hoc esset eis voluntas, sed illa non esset principaliter, imo totaliter eius; nullo modo velle esse contenta. Tanti facio non posidere, neque virtus tamquam meo, quod ei seni donauit, & volo ut sit totum suum, ut possim dicere cum omni veritate: In omnibus fiat voluntas tua. Dico de mea voluntate & de meo desiderio. Atque ita, bonum, quod ad me non venit per hanc viam, pure solum diuine voluntatis, non mihi videtur bonum, & potius eligere, & ita opto, non habere, vnum alius bonum, nisi hoc, quod tamen est eius.*

Relinqueret totum meum velle, & desiderium meum in ipso, potius quam habere quodvis aliud domum, solum per meum desiderium, & per meum velle. Quocirca, vti monet Thomas de Kempis, dicendum est

Deo, verbis cordis: Domine, tu sis, qualiter melius est, siat hoc, vt illud sicut volueris. Da quod vis, & quantum vis, & quando vis. Fac mecum sicut vis, & sicut sis. & sicut tibi magis placuerit, & maior honor tuu fuerit. Pone me, vbi vis, & liberè age mecum in omnibus: in manu tua sum, gryra & reuersa me per circuitum. En seruus tuus ego, paratus ad omnia. Qui sic constitutus est, & in occasionibus talen se exhibet, habet abnegatam propriam voluntatem. Alioqui, ni talis sit, sepe coniiciunt se in periculum salutis. Ponderauit hoc grauiter S. Macarius.

Sicut, inquit, seruu, qui ad palatium aliquod accesserit, vt tractet sapientilem, minister Regis deputatum, summa prudenter ac discreione opus habet, in quid prater decorum minister, alia pro aliis esculentia, apponens mensa regis, qui si foris per ignorantiam, & sine discrimine, non ex ordine Regi ministrauerit, periclio, morti, sit obnoxius. Sic & anima, qua per gratiam & spiritum Deo seruus, non parva discreione, & prudentia opus habet, ne fallatur in sapientili diuina, nempe in ministerio spirituali, propriam habens voluntatem, gratia (per Superiores declarata) non consentientem. Nam fieri potest, vt in spirituali ministerio, quod per interiorum hominem clam peragitur, anima, ex propriâ susceptibili, hoc est, spiritu proprio, Dominu ministeret.

Talem animam, manet supplicium, mors & ludus: quod diuinus etiam Apostolus dixit: Ne foris cum aliis predicatorum, ipse reprobus efficiar. Obscenus igitur Deum, vt quicumque gratiam Dei consecuti sumus seruitur eis, secundum voluntatem eius exhibeamus: promptissimâ voluntate, vt hoc modo, illi gratissimo, conuersantes, & spirituali cultu, secundum voluntatem illius seruientes, vitam eternam hereditario iure possideamus. Hoc autem praestat, per-

fecta obedientia, de qua hæc scribit B. Catharina Bononiensis, in libello Dei iussa conscripto:

Quis dabitare potest de sua salute, si finiat vitam in obedientia, que plus similem facit Domino suo Christo,

quam villa alia virtus. Credat firmiter se melius salvandum per illam, quam villam paenitentiam, ieiunium, & quamvis contemplationem. Qui autem aliena voluntati obedit semper, veram obedientiam habet, & voluntatem abnegavit propriam, estque assecutus, altum hunc profectus & perfectionis gradum.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

De quarto gradu profectus spiritualis eorumdem, circa abnegationem proprij iudicij.

Quartus gradus est, abnegatio proprij iudicij.

Signum profectus in hoc est, si quis in tertio anno, apud se inuiolabiliter statuat, iudicare deinceps optima, & sibi conuenientissima, ac debita, omnia illa, quæcumque ei totâ vitâ eius contingent, circa occupationes, gradus, loca, habitationes, & circa alia omnia, quæ à Superiorum voluntate pendent. Hoc commendat, S.

Hieronymus Rustico Monacho: Prepositum istum, apud se inuiolabiliter statuat, iudicare deinceps optima, & sibi conuenientissima, ac debita, omnia illa, quæcumque ei totâ vitâ eius contingent, circa occupationes, gradus, loca, habitationes, & circa alia omnia, quæ à Superiorum voluntate pendent. Hoc commendat, S.

meas, vt dominum, diligas vt parentem: credas salutare, quidquid ille præcepit, nec de maiorum sententiâ iudices, cuius officij est obedire, & implere que iussa sunt. Ep. 4.

Nam, vt ait S. Gregor. Vera obedientia, nec Prepositum intentionem discenti, nec præcepta discernit, quia qui omne vita sue iudicium, Superiori subdit in hoc saeculo, gaudet, si quod sibi præcipitur, operatur: ne sit enim iudicare, qui quis perfectè didicis obedire. Cur Causa indicat, in Monachorū Ægyptiorum obedientiâ Cassianus: Sic viuenda complere, quæcumque sue- 1.4. inst. rint à Preposito præcepta, tanquam à Deo sint calitus cap. 10.

edita, sine villa discussione festinante, & nonnumquam etiam impossibilitate, sibi met imperata, tâ fide ac deuotione suscipiant, vt totâ virtute, ac sine villa, hec statio ne, perficere ea nitantur: & ne impossibilitatem quidem præcepti, pro senioris sui reverentia, metiuntur. De ta-

libus est S. Benedicti in Regula: Mox ut impera tum à maiore fuerit, ac si diuinum imperetur, moram pati nesciunt in faciendo: de quibus Dominus dicit: ab Psal. 18. auditu auris obediunt mibi. Similia docet S. Basilii, S. Bernardus, Cassianus. Vnde S. Thomas, 2.2. explicans dictum S. Benedicti, dicentis: Tentant Bern. 1. de dum esse, si Prelatus aliquid impossibile præcepit: præc. hoc inquit, id est dicit: quia an aliquid sit possibile sub Cal. 4. cap. 41. ditus non debet suo iudicio definire, sed in unoquoque 1.2. q. 1. Superioris iudicio stare. In Vitis Patrum, libro de a. ad 3. humilitate, Abbas Nestero ingressus religio- pag. 651. nem, hoc apud se statuit: Ego & affinis vnum sumus: post hac debo esse sicut ille: quidquid ei imponitur hoc portat, & sine mō quidem, non petens quare, aut ad quem finem. Hunc imitemur, & cum Davide, psal. 71. quilibet nostrum dicat: Ut iumentum factus sum 23. apud te, & ego semper tecum. Quod in bonam partem accipit S. Hieronymus, & S. Augustinus: id in Com. est,